Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8491
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

De tortura

ul ad sinistram cum potencia
clau. de alam oculorum et cum ex-
sufflacione ex latere uno tamen cum
percipit ut sufflet / fit duobus
modis scilicet de repletione et de in-
anitione De repletione quidem
propter aggrauacionem musculorum et lacertorum
faciei propter diuinum flatum super
ea et est species mollificationis
De inanitione vero propter exsiccationem
cutis et musculorum et est species
spasmi. Signa eius que de re-
pletione sunt pigricia in motu
sed cum perturbatione saluiet spu-
ti multiplicatio et quod sentit eger
in utraque parte lenitatem non
extensionem et pellis frontis
in parte gibbosa. scilicet per quam
expuit et sufflat / est extensa
absque rugis et inclinatio fa-
ciei assidua ad inferiora et est
palpebra inferior oculi partis
gibbose diuersa ad inferiora
propter aggrauacionem / Signa eius
que de inanitione sunt sed minime
ba modica rugositas cutis
in parte una et extensio eius
in parte altera et paucitas sputi
et saliue et qui indurantur
lacertis et contrahuntur super eis que-
admodum in ea que de repletione
relaxantur ad inferius Ut dicit
Mesue in 2to capitulo 2. Et tamen
signum quod est peius est quia processit
a morbo malicia uel a fluxu uen-
tris. uel a febre acuta uel a
febre cronica humoris longa uel ethica
et similibus

Methadus

Cura torture de repletione est
eadem cum cura paralisis facta
humoris uiciosi ex parte purga-
tionis in unctionis emplacionis
et dietacionis / In super preterea
post purgationes fiant gargarismata
cum oximelle squillitico et aqua
decoctionis sticados preterea muci-
laginis et teneat continue in ore mucilaginis
et masticare ea, scilicet in omni tor-
tura humida appropriate, postea
et de uero fiat masticatio dissolu-
tiua cum pillulis ex pireto piper si-
napi et cera confectis Deinde
stiptica ex mastice uel thure
Ungatur etiam locus et spon-
diles ceruicis cum oleo de spica.
uel de lilio in quo dissoluta
sit piretrum oppoponacum et sinapis
puluizando ea subtilissime
et miscendo cum oleis predictis:
uel cum oleo anetino in quo dissol-
uatur euforbium uel castoreum uel
utrumque quod hoc est fortius predic-
tis et ponantur uentose et em-
plastra rubificatiua super ceruicem
que dicentur capitulo de catarro Ul-
timo fiant cauteria duo unum
quidem in occipitio et alterum in ra-
dice mandibule partis torte non
gibbose Cura torture de in-
anitione sicut possibile est ut humec-
tetur cutis cum mediis humectatiuis
lenibus cum fomentis et euaporatio
faciei cum aqua in qua decocta
sint malua uiola altea fe.

Cautia